



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Angela De Fulginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua  
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

**Angela <de Fulginio>**

**Parisiis, 1598**

c. xiv. De augment. cognitionis Christi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43716**

Vndecimum ca. xij. pafsus 33

oratione & desiderio : accidit  
mihi somnium, in quo ostensum  
fuit mihi cor Christi , & dictum  
est mihi: In isto corde non est  
mendacium , sed omnia sunt ibi  
vera: & hoc videbatur mihi quod  
acciderat: quia ego feceram quasi  
truffas de quodam prædicatore.

Quartum decimum capitulum.xiiii.paf-  
sus. De augmento cognitionis Christi.

**Q**UARTO DECIMO.conse-  
quenter quadam vice dum  
starem in oratione, Christus ostē-  
dit se mihi vigilanti magis clarē  
& dedit mihi maiore cognitionem  
de se, & tunc vocauit me  
& dixit mihi quod ego pone-  
rem os meum in plagam lateris  
sui, & videbatur mihi quod ego  
ponerein & biberem sanguinem  
eius fluentem recenter ex latere  
suo , & dabatur mihi intelligere,  
quod in ipso mundaret me, & hic  
incœpi habere consolationem ma-  
gnam , quamuis ex considera-  
tione passionis haberē tristitiam ,  
& rogaui dominum , quod face-

B.v.

34. *Duodecimum capitulo xv. passus*  
ret me totum sanguinem meum  
spargere & effundere propter a-  
morem suum sicut ipse fecerat  
pro me, & desiderabam propter  
suum amorem, quod omnia mem-  
bra mea afflictionem, & mortem  
pateretur viliorem & acerbiorem  
passione sua. Et cogitabam & de-  
siderabam inuenire qui me inter-  
ficeret, dum modo hoc paterer  
propter fidem suam, videlicet pro-  
pter amorem suum, & intellige-  
bam quod non eram digna mori,  
sicut fuerunt mortui sancti Mar-  
tyres, scilicet desiderabam, quod  
faceret me mori vilius & acer-  
biori morte, & non poteram co-  
gitare ita vilem mortem, sicut e-  
go desiderabam, & quod omni-  
no esset dissimilis morti sancto-  
rum, reputabam enim me omni-  
no indignam morte ipsorum.

*Quintumdecimum capitulum xv. pas-*  
*sus. De gratia quam virgo Maria &*  
*santus Joannes ei impetraverunt ut*  
*posset sentire dolorem passionis do-*  
*mini, & etiam de dolore quae in ipso*  
*senserunt.*